Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



190

recipisse, eleis bene solutum fuisse a Capitulo Civitatensis Ecclesiæ, restituerunt et tradiderunt in manibus D. Bertoldi Aquilegensis Patriarcha Advocatiam omnium Marsorum ejusdem Ecclesiæ Civitatensis, quos habebat in Taganea, cum omni jure ad ipsam Advocatiam pertinente. Est confirmatio vel executio traditionis facta anno 1215, 12 XII Decembris. Bertholdus ad sedem Patriarchalem anno 1218 vocatus, Istriæ atque Carniolæ Marchio vocatur anno MCCXXII. Indict. X. die VII exeunte Januario apud Ughellum Ital. sac. t. X in addendis ad Ep. Parentinos.

/Ottonis I Ducis Meranie frater

73) Jac. Brandisius in Hist. Capitan. Tirol. Max. Mohr rer. Tirol. t. 2, p. m. 115: Graf Ulrich aus Ulten von Eschenloche, wair Landshaubtmann an der Etsch Anno 1224. wie Bozen auf dem Grund verbrunnen mit 1500 Mannschaften. / Occurrit hic Ulricus ad eundem annum, sed absque titulo Capitanei, ~~apud~~ in tabulis tridentinis apud Tiberinum Aquil. purp. ubi: Anno 1224 præsentibus Domino Comite Adolrico de Ultimis, D. Adolmo Comite de Flano (Flann), Federico ejus filio, Domino Comite Gabriele, D. Arpone et ejus filiis, Domino Arpolino, et Wilhelmo de Glezio, Domino Nicolao de Egna, et D. Ottone de Firmiano, et D. Adelgerone, et D. Bertoldo fratribus de Wanga. --- Istique Geraldo Episcopo tridentino Dominus Adolricus Comes de Flano investituram fecitet.

/Hundius Stemmat. Bav. v. Eschenloch: Zu Schlechdorf in Calendario mortuorum, sind ich Graf Ulrich aus Ulten, von Eschenloch, Herr und Landtshaubtmann an der Etsch, wie Bozen aus dem grund verbrann, sambt anderthalb hundert Menschen, Anno 1224.

74) Putschius in Lexicon Tirol. Burglehner t. 1, l. 13, c. 5: Im Jar Christi 1224. als Gebhardt Bischoff zu Trientt, das Hofrecht zu Bozen gehalten, ist auch er (Albertus Comes Tirolensis) daselbsten als ein beisitzer erschinen. Atque hoc primum est, quod legimus, Judicium aulicum Tirolense: quod dein anno 1293 a Meinhardo II Tirolis Principe meliorem in formam redactum est: qua de re vide infra ad c. XVIII.

75) Charta hac Ottonis Ducis Meraniæ et Comitis Burgundiæ data an. 1225 extat in Tabulario Campaniæ Thuano, teste Cangio in Glossario latin. v. commendare; ubi ~~legitur~~ Dux: Nos non possumus, ait, commendare (id est, in feudum conferre) Comitatum Burgundiæ alicui, neque ponere extra manum nostram, nisi in manum Comitis Campaniæ.

76) Apud Rubeis Mon. Aquil. c. 72, instrumento datum anno MCCXXVII. die quinta exeunte Octobri, id est XXVII ejusdem mensis, ita habet: Dominus